
VICIPÆDIA

Lingua Saxonica antiqua


Regio linguae Saxonicae antiquae (viridis).

Lingua Saxonica antiqua temporibus antiquis dicebatur in septentrionali parte Germaniae. Linguis Cimbrorum et Teutonorum similis erat.

Post extinctionem Imperii Romani Angli et Saxones Britanniam invasuerunt. Hic lingua Saxonica in Linguam Anglosaxonicam mutua est. Lingua Saxonica ergo mater linguae Anglicae et linguae Saxonicae modernae constat.

Tantum pauca linguae Saxonicae antiquae monumenta exstant: Aliqua vota baptismalia, quae Saxonibus Carolo Magno iussu profitenda erant, Genesis Saxonica antiqua, cuius tantum fragmenta exstant, et imprimis Heliand, opus epicum, quod vitam Iesu Christi Germanicas heroum fabulas sequens narrat. Reliqui fontes rari plerumque sunt versiones ex lingua Latina et ideo verbis terminati.

Praeterea litterae plerumque non a Saxonibus, sed a Francis aut Bavariis conscriptae sunt, qui forsitan linguae Saxonicae non satis gnari erant.

Nexus interni

- Lingua Anglica Antiqua

Linguae Germanicae

Maiores linguae novissimae	Batava Capitensis · Danica · Batava · Anglica · Theodisca · Norvegica · Suecica · Iudaeogermanica
Minores linguae novissimae	Faeroensis · Frisica · Islandica · Luxemburgica
Extinctae linguae	Anglosaxonica · Burgundica · Crimaeo-Gothica · Francica · Gutnica antiqua · Gothica · Langobarda · Nordica antiqua · Noroena · Protonordica · Saxonica antiqua · Vandalica
Regionaliter recognitae linguae Germanicae	Bavarica · Limburgica · Saxonica · Saterlandiofrisiana v. Septentriofrisiana · Germano-Scotica · Ulsterica